UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio LXII. De virtutibus theologicis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72759

Visual Library

ſuoſi efficimur. Cui autem deeſt materia uirtutis alicuius, non poteſt ſe exercere in actu illius uirtutis, licet poſſit appetere exercitium illius. & propterea ſicut magnificentia non generatur in eo qui magnos ſũptus non exercet, quã uis uellet ſi poſſet, ita temperantia non generatur in eo q concupiſcentias delectabilium tactus non moderatur, quãuis uellet ſi poſſet. Et quamuis huius uelle, ſi poſſet, ĩ nobis ad eandem ſpeciem reducat, ad quã ſpectat ipſum exercitium, quia actus exercitus in nobis ſpeciẽ conſtituens, obiectũ fit uolitiõis, & ad ſuã trahit ſpeciem: in angelis tamen, in quib. huiuſmodi actus exerciti non poſſunt cadere ſecundum affectũ, nec ſpeciem aliquam conſtituunt, nec uolitionem ad ſpeciẽ trahunt: ſed ſunt in huiuſmodi uolitiones actus iuſtitiæ, qua eorum uolũtas eligit in omnib. etiam cõditionatis obiectis ſubeſſe diuinæ legi. Et hæc dicta ſufficiant, ne ridiculoſiſſimus philoſophis, ponendo uniuoce uirtutes politicas ĩ ſubſtantiis ſeparatis.

uide in Macrobio loco citato in argu. Sed contra.

Ca.7.nõ longe a fi. to.5.

F titudo autem Dei eſt eius immutabilitas: iuſtitia uerò Dei eſt obſeruatio legis æternæ in ſuis operib. ſicut * Plotinus dixit. Et quia homo ſecũdum ſuam naturam eſt animal politicũ, uirtutes huiuſmodi prout ĩ homine exiſtũt ſecundum conditionem ſuæ naturæ, politicæ uocantur, prout. ſ. homo ſecundum has uirtutes rectè ſe habet in reb. humanis gerendis, ſecũdum quem modum hactenus de his uirtutibus locuti ſumus. Sed quia ad hominem
G pertinet, ut etiã ad diuina ſe trahat quantum poteſt, ut etiã Philoſophus dicit in 10.* Ethico. & hoc nobis in ſacra ſcriptura cõmendatur multipliciter, ut eſt illud Mat. 5. Eſtote perfecti, ſicut & Pater ueſter cęleſtis perfectus eſt; neceſſe eſt ponere quaſdam uirtutes medias inter politicas, quæ ſunt uirtutes humanæ: & exemplares, quæ ſunt uirtutes diuinæ, quæ quidem uirtutes di-
H ſtinguuntur ſecundùm diuerſitatem motus & termini, ita ſcilicet, quòd quædam ſunt uirtutes tranſeuntium, & in diuinam ſimilitudinem tendentium: & hæ uocantur uirtutes purgatoriæ, ita ſcilicet, quòd prudentia omnia mundana diuinorum contẽplatione deſpiciat, omnemque animæ cogitationem in diuina ſola dirigat: temperãtia uerò relinquat inquantum natura patitur, quæ corporis uſus requirit: fortitudinis autem eſt, ut anima non terreatur propter exceſſum a cor-
I pore, & acceſſum ad ſuperna: iuſtitia uerò eſt, ut tota anima cõſentiat ad huiuſmodi propoſiti uiã. Quædam uerò ſunt uirtutes iam aſſequentium diuinam ſimilitudinem, quæ uocantur uirtutes iam purgati animi, ita ſcilicet, quòd prudentia ſola diuina intueatur, temperantia terrenas cupiditates neſciat, fortitudo paſſiones ignoret, iuſtitia cum diuina mente perpetuo fœdere ſocietur, eã ſcilicet imitando: quas quidem uirtutes dicimus eſſe beatorũ, uel aliquorum in hac uita perfectiſſimorum.

Ad primvm ergo dicendum, quòd Philoſophus loquitur de his uirtutibus, ſecũdùm quod ſunt circa res humanas, puta, iuſtitia circa emptiones, uel uenditiones, fortitudo autem circa timores, tem-
K perantia circa concupiſcentias: ſic enim ridiculum eſt eas Deo attribuere.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ uirtutes humanæ ſunt circa paſſiones. ſ. uirtutes hominũ in hoc mũdo conuerſantium: ſed uirtutes eorum qui plenam beatitudinem aſſequũtur, ſunt abſque paſſionibus. Vnde * Plotinus dicit, ꝙ paſſiones politicæ uirtutes molliunt, ideſt ad medium reducũt: ſecundę. ſ. purgatoriæ auferunt: tertiæ quę ſunt purgati animi obliuiſcuntur: in quartis ſcilicet exemplaribus, nefas eſt nominari, quamuis dici poſſit, quòd loquitur hic de paſſionibus ſecundum quod ſignificant aliquos inordinatos motus.

vide in Macrob. loco citato in ar. Sed contra.

F Ad tertivm dicendum, quòd deſerere res humanas ubi neceſſitas imponitur, uitioſum eſt, alias eſt uirtuoſum. unde parum * ſupra Tullius pręmittit: His forſitan concedendum eſt rempublicam non capeſcentibus, qui excellenti ingenio doctrinæ ſe dederunt, & his qui aut ualetudinis imbecillitate, aut aliqua grauiori cauſa impediti, a republica receſſerunt, cum eius adminiſtrandę poteſtatem alijs laudemque concederent, quod conſonat ei, quod * Aug. dicit 19. de ciuit. Dei. Otium ſanctum quęrit charitas ueritatis, negotium iuſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis, quam ſarcinam ſi nullus imponit, percipiendę atque intuendę uacandum eſt ueritati: ſi autem imponitur, ſuſcipienda eſt propter
G charitatis neceſſitatem.

Ad qvartvm dicendum, quòd ſola iuſtitia legalis directè reſpicit bonum commune: ſed per imperium omnes alias uirtutes ad bonum cõmune trahit, ut in 5.* Eth. dicit Philoſophus. Eſt enim conſiderandum, quòd ad politicas uirtutes ſecundum quod hic dicuntur, pertinet non ſolum bene operari ad commune, ſed etiam bene operari ad partes communis, ſcilicet ad domum, uel aliquam ſingularem perſonam.

q.3.a.5.& ar.7.& 5.ar.4 q.3.ar.2. & ar.3. q.5.ar.5.

Qvaestio LXII.

H *De uirtutibus Theologicis, in quatuor articulos diuiſa.*

Deinde conſiderãdum eſt de uirtutibus Theologicis.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶Primò. Vtrum ſint aliquę uirtutes Theologicæ.

¶Secũdò, Vtrum uirtutes Theologicæ diſtinguantur ab intellectualibus & moralibus.

¶Tertiò, Quot, & quę ſint.

¶Quartò, De ordine earum.

I

Articvlvs primvs.

Vtrum ſint aliquæ uirtutes theologicæ.

Ad primvm ſic proceditur. Videtur, quòd non ſint aliquę uirtutes Theologicę. Vt n. dicitur in 6.* Ethic. uirtus eſt diſpoſitio perfecti ad optimum. dico autem perfectum, quod eſt diſpoſitum ſecundum naturam: ſed id quod eſt diuinum, eſt ſupra naturam hominis. ergo uirtutes theologicę nõ ſunt uirtutes hominis.

¶2 Pręt. Virtutes theologicę dicuntur quaſi uirtutes diuinæ: ſed
K uirtutes diuinę ſunt exemplares, ut † dictum eſt, quę quidem non ſunt in nobis, ſed ĩ Deo. ergo uirtutes theologicę non ſunt uirtutes hominis.

¶3 Pręt. Virtutes theologicę dicuntur, quib. ordinamur in Deũ, qui eſt primum principium & ultimus finis: ſed hõ ex ipſa natura rationis & uoluntatis hẽt ordinem ad primum principiũ, & ad ultimum finem. non ergo requirunt aliqui habitus uirtutũ theo-

¶ *Super Quæſtion 62. Artic. primum.*

In primo articulo quæſtio. 62. notanda ſunt duo. Primò qualitas rationis, quæ ſcilicet ratio in litera poſita procedit ex altera propoſitione credita, & altera ſcita. Creditur enim, quòd ſimus ordinati ad beatitudinem ſupernaturalem. Scitur autem, quòd ad proportionatas operationes per totam uitam fini ſupernaturali oportet proportionata principia quoque ſupnaturalia adeſſe. Et quia concluſio ſequitur debiliorem partem, ideo concluſio non eſt ſimpliciter ſcita. & propterea author in litera dicit, quòd etiam ob hoc iſtæ uirtutes dicuntur diuinæ, quia ex ſola diuina doctrina ſciuntur. Secũdò qualitas harum uirtutum: cum enim finis in operabilibus ſit principium, & beatitudo per hoc quòd eſt finis ultimus, ſit primum principium, oportet ſupponere, quòd prima principia proxima bonarum operationum habent beatitudinem pro obiecto, ſicut apparet ĩ nobis reſpectu felicitatis naturalis. In parte namque apprehenſiua habemus habitum principiorum, quo indita eſt, ut beatitudo ſit appe-

n corp. ar.

appetenda, omne bonum proſequendum omne malum fugiẽdum, & ſi qua ſunt huiuſmodi beatitudini annexa. In parte autem appetitiua habemus naturalem inclinationem in bonum proprium, quæ plus eſt quam uirtus unde conſequens eſt, ut ad beatitudinem ſupernaturalẽ proportionaliter ordinemur in utraque parte, & ſic prima principia rectarum operationum ad huiuſmodi felicitatem ordinantia, ut ei cõmenſurata de ipſo ultimo fine Deo, ſed ut obiecto ſupernaturalis beatitudinis, erunt in intellectu, & in appetitu, ita inchoãtia per modum habitus Deum ſic ſumptum in mente noſtra, ſicut principia naturalia ſtabiliunt in ea finem naturalem. Et hoc eſt quod in litera dicitur, quod p iſta principia, quæ uocantur uirtutes theolgicæ, ita ordinamur ad beatitudinem ſupernaturalẽ, ſicut per principia naturalia ad finem connaturalem. Sunt ergo iſtæ uirtutes de fine taquã de obiecto proprio, de uirtutib. aũt, q̃ ſunt de his q̃ ſunt ad finẽ ſupernaturalẽ, quaſi proportionatę, infra erit ſermo, ſunt enim uirtutes morales infuſæ, ut patebit.

…3.2.5.& q. …ar.7. & q. 5.ar.4 …3.ar.2. ad …& ar.3.& …5.ar.5.

logicarum, quibus ratio & uolũ A
tas ordinetur in Deum.
Sed contra eſt, qđ p̃cepta legis
ſunt de actib. uirtutũ: ſed de actib.
fidei, ſpei, & charitatis dant̃ p̃ce-
pta ĩ lege diuina. dr̃. n. Eccl. 2. Qui
timetis Deum, credite illi. item,
ſperate in illum. item, Diligite il-
lum. ergo fides, ſpes, & charitas
ſunt uirtutes in Deum ordinan-
tes: ſunt ergo theologicæ.
Respon. Dicendum, quòd per
uirtutem perficitur homo ad a-
ctus, quibus in beatitudinem or- B
dinatur, ut ex * ſupradictis patet.
Eſt autem duplex hominis beati
tudo ſiue felicitas, ut * ſupra dictũ
eſt. Vna quidem proportionata
humanæ naturæ, ad quam. ſ. hõ
peruenire poteſt per principia ſuę
naturæ. Alia autem eſt beatitudo
naturam hominis excedens, ad
quam homo ſola diuina uirtute
peruenire poteſt ſecundum quã-
dam diuinitatis participationẽ,
ſecundum quod dicitur 2. Pet. 2.
quòd per Chriſtum facti ſumus
conſortes diuinæ naturæ. Et quia
huiuſmodi beatitudo proportio C
nẽ humanæ naturę excedit, prin
cipia naturalia hominis, ex quib.
procedit ad bene agendum ſecun
dum ſuam proportionem, non
ſufficiunt ad ordinandum homi
nem in beatitudinem prædictã.
vnde oportet, quòd ſuperaddan
tur homini diuinitus aliqua prin
cipia, per quę ita ordinetur ad
beatitudinem ſupernaturalem, ſi
cut per principia naturalia ordi-
natur ad finem connaturalem,
non tamen abſque adiutorio di-
uino: & huiuſmodi principia uir D
tutes dicuntur theologicæ, tum
quia habent Deum pro obiecto,
inquantum per eas recte ordinamur in Deum: tum
quia a ſolo Deo nobis infunduntur, tum qui a ſola
diuina reuelatione in ſacra ſcriptura huiuſmodi vir
tutes traduntur.

Ad primvm ergo dicendum, quòd aliqua natura poteſt attribui alicui rei dupliciter. Vno modo eſſentialiter, & ſic huiuſmodi uirtutes theologicæ excedunt hominis naturam. Alio modo participatiue, ſicut lignum ignitum participat naturam ignis, & quodammodo fit homo particeps diuinæ naturæ, vt * dictum eſt: & ſic iſtæ uirtutes conueniunt E hominj ſecundum naturam participatam.

…n corp. ar.

Ad secvndvm dicendum, quòd iſtę uirtutes non dicuntur diuinæ, ſicut quibus Deus ſit uirtuoſus, ſed ſicut quibus nos efficimur uirtuoſi a Deo, & in ordine ad Deum. vnde non ſunt exemplares, ſed exemplatæ.

Ad tertivm dicendum, quòd ad Deum naturaliter ratio & uoluntas ordinatur, prout eſt naturæ principium & finis, ſecundum tamen proportionẽ naturę. Sed ad ipſum ſecundum quod eſt obiectum beatitudinis ſupernaturalis, ratio & uoluntas ſecundum ſuam naturam non ordinantur ſufficienter.

Articvlvs II.

Vtrum uirtutes theologicæ diſtinguãtur ab intellectualibus, & moralibus.

A
Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur, quod uirtutes
theologicæ non diſtinguantur a
moralibus, & intellectualibus.
Virtutes enim theologicæ ſi ſunt
in anima humana, oportet quod
perficiant ipſam uel ſecundum
B partem intellectiuam, uel ſecũdũ
partem appetitiuam: ſed uirtutes
quæ perficiunt partem intellecti
uam, dicuntur intellectuales: uir-
tutes autem quæ perficiunt par-
tem appetitiuam, ſunt morales.
ergo uirtutes theologicæ non di-
ſtinguuntur a uirtutibus morali
bus, & intellectualibus.
¶ 2 Præt. Virtutes theologicæ di
cuntur, q̃ ordinant nos ad Deum:
ſed inter ĩtellectuales uirtutes eſt
ali qua q̃ ordinat nos ad Deum. ſ.
ſapiẽtia quæ eſt de diuinis, utpote
cãm altiſſimã conſiderans. ergo
C uirtutes theologicę ab ĩtellectua-
libus uirtutib non diſtinguunt̃.
¶ 3 Pręt. * Aug. in lib. de Morib.
Eccleſiæ manifeſtat in quatuor
uirtutibus cardinalibus, ꝙ ſunt or
do amoris; ſed amor eſt charitas,
quæ ponitur uirtus theologica.
ergo uirtutes morales non diſtin
guuntur a theologicis.
Sed contra. Id quod eſt ſu-
pra naturam hominis, diſtingui-
tur ab eo quod eſt ſecundum na-
turam hominis: ſed uirtutes theo
logicæ ſunt ſuper naturam homi
D nis, cui ſecundum naturam conueniunt uirtutes in
tellectuales, & morales, ut ex ſupradictis patet. ergo
diſtinguuntur abinuicem.
Respon. Dicendum, quòd ſicut * ſupra dictum
eſt, habitus ſpecie diſtinguuntur ſecundum forma-
lem differentiam obiectorum. Obiectum autem
theologicarum virtutum eſt ipſe Deus, qui eſt ulti-
mus rerum finis, prout noſtrę rationis cognitionẽ
excedit. Obiectum autem uirtutum intellectualiũ
& moralium eſt aliquid quod humana ratione com
prehendi poteſt: unde uirtutes theologicæ ſpecie di
ſtinguuntur à moralibus & intellectualibus.
Ad primvm ergo dicendũ, quòd uirtutes intelle
E ctuales & morales perficiunt intellectum & appeti-
tum hominis ſecundum proportionem naturæ hu
manæ, ſed theologicę ſupernaturaliter.
Ad ii. dicendum, quòd ſapientia, quæ a Philoſo
pho ponitur intellectualis uirtus, conſiderat diui-
na ſecundum quod ſunt inueſtigabilia ratione hu-
mana: ſed theologica uirtus eſt circa ea, ſecundum
quod rationem humanam excedunt.
Ad tertivm dicendum, quòd licet charitas ſit
amor, non tamen omnis amor eſt charitas. Cùm er
go dicitur, quòd omnis uirtus eſt ordo amoris, po-
teſt intelligi uel de amore communiter dicto, uel de
amore charitatis. ſi de amore communiter dicto, ſic
dicitur quęlibet uirtus eſſe ordo amoris, inquantũ
ad quamlibet cardinalium uirtutum requiritur or
dina-

Supra q. 58. artic. 2. & 3. diſt. 23. q. 1. ar. 4. q. 3. ad 4. & ueri. q. 14. articu. 3. ad 9. Et uir. q. 1. articu. 12. cor.

Lib. 1. ca. 15. tom. 1.

q. 58. arti. 4 & 5.
q. 54. arti. 2.

¶ Super quęſt. ſexageſimaſecundæ articulum ſecundum.

In ar. 2. eiuſdem q. 62. recolito eorum quæ in principio primæ partis dicta ſunt de duplici ordine cognoſcibiliũ de Deo, & uidebis quod ordo eorum, quæ ratione naturali comprehenduntur, ſubeſt ordini eorum, quæ ſupra naturalem ſũt rationem, & conſequenter Deus ipſe vt finis eſt ſupernaturalium, induit rationẽ ultimi totaliter finis. Et propterea in litera dicitur, quod ipſe Deus eſt ultimus rerum finis, prout noſtræ rationis cognitionem excedit. Oportet igitur te cogitare, quod totum uniuerſum ex naturalibus & ex ſupernaturalibus unum qđdam ſit, & quod Deꝰ ut finis naturalium eſt quidem ultimus finis nõ ſimpliciter, ſed reſpectu horum: ut autem eſt finis ſupernaturalium, ſic eſt ultimus totaliter finis rerum, & ſic eſt obiectum noſtræ beatitudinis, quæ de ſupernaturalium numero eſt. & ſi non primum, ꝑpter unionem perſonalem in uerbo, ſecundum tamen locum obtinere uidetur.

¶ Super queſtionis ſexageſimaſecundæ articulum tertium.

IN ar. 3. eiuſdem q. in reſponſione ad primum aduerte, quod author reddit rationem indigentiæ habitus naturalis in intellectu ex indigentia ſpecierum intelligibilium ad intelligendũ, non quod putet habitum naturalem in intellectu, qui uocatur intellectus principiorum, eſſe idem qđ ſpecies intelligibiles, ut patet ex ſupra dictis, ſed quoniam intellectum egere ſpébus intelligibilib⁹ ad hoc ut intelligat, eſt intellectũ nõ eẽ p ſeipſum in actu, ita qđ poſſit abſque ſuperaddita qualitate exire in actum intelligẽdi. Et ex hoc habetur quod per ſuam eſſentiam non poteſt uim habitus naturalis habere, & experimur in nobis aliquem naturalem habitum ad intelligendum habere, reſpectu ſcilicet principiorum tam in ſpeculatiuis, quam in practicis, optimè ſequitur quod oportet in intellectu ponere aliquem habitum naturalem, quaſi diceret, Reſpectu finis naturalis oportet ponere aut habitus naturales, aut potentias ſupplentes uices habituum: ſed in intellectu non poteſt poni quod potentia ſuppleat vicem habitus. quod ex hoc manifeſtum fit, quia .ſ. ex ſe eſt adeo in potentia, ut egeat aduentitia ſpecie intelligibili, ſi debet intelligere. ergo oportet in eo apponere naturalem habitum. In uoluntate autem ipſa potentia uices naturalis habitus optimè prębet, quia naturaliter ex ſeipſa inclinatur ad tendendum in finem naturalem, & eſt ſecundum ſe appetitus naturaliter coaptatus, ſeu conformis huiuſmodi fini &c. ideo non oportet in ea ponere naturales habitus, ſecus autem eſt reſpectu ſupernaturalis finis, ut patet in litera. Quid ſit autem iſta conformitas appetitus ad finem, cum de charitate tractabitur, patebit, ſicut etiam de actu ſpei. Nunc enim in uniuerſali ſermo eſt. Pro nunc tamen cogita Nouitie, amicorũ uoluntates eſſe habitualiter conformes

i. & q. 25. a. 2.

c. 63. ar. 2. & clarius 2. 2. q. 23. ar. 7.

2. 2. pl. & q. 17. ar. 6. Et 3 di. 23. q. 1. ar. 5. & di. 26. q. 2. ar. 3. q. i. & uir. q. i. ar 5. ad 12. & ar. 12. c. ii. & ad io & 1. corp. 13. e. 2. fi. & lec. 4. fi.

ar. .. huius q.

F per idem uelle, & idem nolle habitualiter, ideſt, per habitus ad hoc inclinantes, quos conſtat eſſe amoris.

¶ In reſponſione ad ſecundum eiuſdem articu. & quæſtionis nota, quòd tam fides, quam ſpes acquiſita eſt duplex. Vna reſpectu eorum quæ ſub ordine creaturæ, ſeu naturali cadunt. Altera eſt reſpectu ſupernaturalium. ſ. quòd Deus eſt trinus, & incarnatus, & aliorum huiuſmodi. Et licet author in litera non expreſſe loquatur niſi de fide, & ſpe acquiſitis, reſpectu eorum quæ ſunt in poteſtate humana, & eas excludat a numero uirtutum, ſi tamen attendatur ratio, uidebitur quòd eadem ratione nec fides, nec ſpes acquiſitæ reſpectu ſupernaturalium ſunt virtutes. Si enim aduertas, quòd obiectum, habitum, & actum proportionaliter ſibiinuicem reſpondere oportet, & per hoc obiecto ſupernaturali nec act⁹, nec habitus naturalis proportionatus eſt, & quòd uirtutes oportet eſſe non qualeſcunque habitus, ſed diſpoſitiones perfecti ad optimũ, reddentes actus proportionatos obiecto, conſequens eſſe uidebis quòd fides, & ſpes acquiſitæ reſpectu ſupernaturalium, multo minus ſunt uirtutes, quàm fides, & ſpes acquiſitæ reſpectu eorum quæ ſunt in poteſtate humana. Si enim fides, & ſpes acquiſitæ reſpectu poſſibilium noſtrorum, deficiunt a ratione uirtutis, quia non ſunt proportionatæ obiectis, quia ſunt de uiſibilibus non uidendo, & de poſſibilibus haberi non habendo, ut in litera dicitur & bene, quanto magis fides, & ſpes acquiſita de credibilibus & ſperandis ſupernaturaliter deficiunt a ratione uirtutis propter improportionem maiorem, quia. ſ. ad ſupernaturalia ordinant ſecundum uires naturales. Quòd.n. hic ſit improportio, patet. Quod maior uero, declaratur ex eo, quia plus deficit actus ſecundum uires naturæ a perfectione debita ad proportionẽ tanti obiecti, quàm actus fidei de humanis a uiſione eorum: hi enim ſunt noſtri ordinis, & per natu-tem

dinata affectio: omnis autem affectionis radix, & principium eſt amor, ut * ſupra dictum eſt. Si autem intelligatur de amore charitatis, non datur per hoc intelligi, quod quælibet alia uirtus eſſentialiter ſit charitas, ſed quod omnes aliæ uirtutes aliqualiter a charitate dependeant, ut * infra patebit.

ARTICVLVS III.

Vtrum conuenienter fides, ſpes, & charitas ponantur uirtutes theologicę.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, quòd inconueniẽter ponantur tres uirtutes theologicæ, fides, ſpes, & charitas. Virtutes enim theologicæ ſe habent in ordine ad beatitudinem diuinã, ſicut inclinatio naturæ ad finem connaturalem: ſed inter uirtutes ordinatas ad finem connaturalem ponitur una ſola uirtus naturalis, ſ. intellectus principiorum. ergo debet poni una ſola uirtus theologica.

¶ 2 Præter. Theologicæ uirtutes ſunt perfectiores uirtutibus intellectualibus & moralibus: ſed inter intellectuales uirtutes fides nõ ponitur, ſed eſt aliquid minus uirtute, cum ſit cognitio imperfecta. ſimiliter etiam inter uirtutes morales non ponitur ſpes, ſed eſt aliquid minus uirtute, cum ſit paſſio. ergo multo minus debent poni uirtutes theologicæ.

¶ 3 Præ. Virtutes theologicę ordinant animam hoĩs ad Deum: ſed ad Deum non poteſt anima hoĩs ordinari niſi per intellectiuam partem, in qua eſt intellectus, & uolunas. ergo non debent eſſe niſi duæ uirtutes theologicæ, una quæ perficiat intellectum, alia quæ perficiat uoluntatem.

SED CONTRA eſt, quod Apoſt. dicit. 1. ad Cor. 13. Nunc autem manẽt fides, ſpes, charitas, tria hæc.

RESPON. Dicendum, quod ſicut* ſupra dictũ eſt, uirtutes theologicæ hoc modo ordinãt hominem ad beatitudinem ſupernaturalem, ſicut per naturalem inclinationem ordinatur hõ in finem ſibi connaturalem: hoc aũt contingit ſecundum duo. Primò quidem, ſecundum rationem uel intellectum, inquantũ continet prima principia uniuerſalia cognita nobis per naturale lumen intellectus, ex quibus procedit ratio tam in ſpeculandis, quàm in agendis. Secundò, per rectitudinem voluntatis naturaliter tendentis in bonum rationis. Sed hæc duo deficiunt ab ordine beatitudinis ſupernaturalis, ſecundum illud 1. ad Corinth. 2. Oculus non uidit, & auris non audi-

G uit, & in cor hominis non aſcendit, quæ præparauit Deus diligẽtibus ſe. vnde oportuit, ꝙ quantum ad vtrumque aliquid homini ſupernaturaliter adderetur ad ordinandum ipſum in finem ſupernaturalem. Et primo quidem, quantum ad intellectum adduntur homini quædam principia ſupernaturalia, quæ diuino lumine capiuntur, & hæc ſunt credibilia, de quibus eſt fides. Secundò

H verò eſt uoluntas, quæ ordinatur in illum finem, & quantum ad motum intentionis in ipſum tendentem, ſicut in id quod eſt poſſibile conſequi, quod pertinet ad ſpem: & quantum ad unionem quandam ſpiritualem, per quam quodammodo transformatur in illum finem, quod fit per charitatem. Appetitus enim vniuſcuiuſque rei naturaliter mouetur & tẽdit in finem ſibi connaturalem, & iſte motus prouenit ex quadã cõformitate rei ad ſuum finem.

I AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ intellectus indiget ſpecieb. intelligibilibus per quas intelligat: & iõ oportet quòd in eo ponat aliquis habitus naturalis ſuperadditus potentię. Sed ipſa natura uoluntatis ſufficit ad naturalem ordinem in finem, ſiue quãtum ad intentionem finis, ſiue quantum ad conformitatẽ ad ipſum: ſed in ordine ad ea quæ ſupra naturã ſunt, ad nihil horum ſufficit natura potentiæ: & ideo oportet fieri ſuperadditionem habitus ſu-

K pernaturalis quantum ad utrũq;.

AD SECVNDVM dicẽdum, quòd fides, & ſpes imperfectionem quandam important: quia fides eſt de his quæ non uidentur, & ſpes de his quæ non habentur: unde habere fidem, & ſpem de his quæ ſubduntur humanæ poteſtati, deficit a ratione uirtutis: ſed habere fidem & ſpem de his quę ſunt ſupra facultatẽ naturę humanæ, excedit omnem uirtutem homini proportionatã ſm illud 1. ad Cor. 1. Quod infirmum

eſt Dei, fortius eſt hominibus.

Ad tertium dicendū, ꝙ ad appetitum duo pertinent. ſ. motus in finem, & conformatio ad finem per amorem: & ſic oportet quòd in appetitu humano duæ uirtutes theologicæ ponantur, ſ. ſpes, & charitas.

Articvlvs IIII.

Vtrum fides ſit prior ſpe, & ſpes charitate.

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtùr, quod non ſit hic ordo theologicarum uirtutum, quòd fides ſit prior ſpe, & ſpes prior charitate. Radix enim eſt prior eo quod eſt ex radice: ſed charitas eſt radix omnium uirtutum, ſecundum illud ad Ephe. 3. In charitate radicati & fundati. ergo charitas eſt prior alijs.

¶ 2 Pręt. Aug. dicit in 1. de doctr. Chriſt. * Non poteſt aliquis diligere, quod eſſe non crediderit: porro ſi credit & diligit, bene agēdo efficit ut etiam ſperet. ergo uidetur quod fides pręcedat charitatem, & charitas ſpem.

¶ 3 Præt. Amor eſt principiū omnis affectionis, ut ſupra dictū ē: * ſed ſpes nominat quādā affectionem. eſt enim quędam paſſio, vt ſupra dictum eſt; † ergo charitas quę eſt amor, eſt prior ſpe.

Sed contra eſt ordo, quo Apoſtolus ita enumerat, dicens. Nunc autem manent fides, ſpes, & charitas.

Respon. Dicēdum, ꝙ duplex eſt[d] ordo, ſcilicet generationis, & perfectionis. Ordine quidem generationis quo materia eſt prior forma, & imperfectū perfecto, in vno & eodē fides præcedit ſpem, & ſpes charitatē ſecūdum actus; nā habitus ſimul infunduntur. Non enim pōt in aliquid motus appetitiuus tēdere uel ſperando, vel amando, niſi quod eſt apprehenſum ſenſu, aut intellectu: per fidem autem apprehendit intellectus ea quæ ſperat, & amat: vnde oportet ꝙ ordine generationis fides pręcedat ſpem & charitatem. Similiter autē ex hoc homo aliquid amat, ꝙ apprehēdit illud vt bonū ſuum: per hoc autem ꝙ homo ab aliquo ſperat ſe bonū cōſequi poſſe, reputat ipſum in quo ſpem habet, quoddam bonum ſuum, unde ex hoc ipſo quod homo ſperat de aliquo, procedit ad amandum ipſum, & ſic ordine generationis ſecundum actus ſpes præcedit charitatem. Ordine uero perfectionis charitas pręcedit fidem & ſpem, eo ꝙ tam fides, q̄ ſpes per charitatem formatur, & perfectionem uirtutis acquirit. ſic enim charitas [i] eſt mater omniū uirtutum & radix, inquantum eſt omnium uirtutum forma, ut infra dicetur. *

Et ꝑ hoc patet rñſio ad primū.

Ad secvndvm dicēdū, quòd Au. loquitur de ſpe, qua quis ſperat ex meritis iam habitis ſe ad beatitudinem peruenturū, quod eſt ſpei, & formatæ, quæ ſequitur charitatem. poteſt autem aliquis ſperare antequam habeat charitatem, non ex meritis quę iam habet, ſed quę ſperat ſe habiturum.

Ad tertivm dicendum, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt * cum de paſſionibus ageretur, ſpes reſpicit duo, unum quidem ſicut principale obiectum, ſ. bonum quod ſperatur, & reſpectu huius ſemper amor pręcedit ſpem, nunquā enim ſperatur aliquod bonum, niſi deſideratum & amatum. Reſpicit etiam ſpes illum, a quo ſe ſperat poſſe conſequi bonum, & reſpectu huius primò quidem ſpes præcedit amorem, quamuis poſtea ex ipſo amore ſpes augeatur. per hoc enim quod aliqs reputat per aliquem ſe poſſe conſequi aliquod bonum, incipit amare ipſum, & ex hoc ipſo quod ipſum amat, poſtea fortius de eo ſperat.

Qvaestio LXIII.

De cauſa uirtutum, in quatuor articulos diuiſa.

Deinde cōſiderandum eſt de cauſa uirtutum.

Et circa hoc quęruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum uirtus ſit in nobis a natura.

¶ Scdò, vtrū aliqua uirtus cauſet in nobis ex aſſuetudine operum.

---

tem creatam poteſt mens noſtra perfici de his: illi autem ſunt diuerſorum ordinum, ſcilicet naturalis & ſupernaturalis, & non niſi per Deum infundentē poteſt mens proportionate perfici de illis. Vnde vt in litera dicitur, fides & ſpes infuſę habent ꝙ ſint uirtutes ex eo, quòd ſunt diuini ordinis eſſentialiter, & non ſolum quantum ad materiam: ex hoc enim habent quòd actus proportionatos obiectis eliciunt efficaces ad coniungendum obiectis: & quàmuis imperfectionem euidentię habeant, iuſtum tamen eſt, ut quod infirmum eſt Dei, fortius ſit hominibus. Ex hoc autem habes ſolutionem tractatorum a Scoto in 2. diſtin. tertij ſententiarum: habes enim quòd ad theologicam virtutem, niſi æquiuoce loquamur, exigitur quòd ſit diuini ſeu ſupernaturalis ordinis eſſentialiter, & ſic oportet haberi ſola infuſione diuina, ut etiam in primo artic. dictum eſt. Habes quoque quòd aliud eſt loqui de habitu theologico, & aliud de uirtute theologica: nam habitus theologicos in nobis acquiſitos dari, ut habitum ſcientiæ imperfectæ, qualis eſt theologia noſtra, quę ineuidens eſt, & opinionis, & fidei, & dilectionis, & ſpei, non negamus: uirtutes autem theologicas acquiſitas dari negamus. Et in promptu cauſa eſt, quia improportionata ſunt acquiſita omnia ad actus infallibiliter rectos & proportionatos ſupernaturalibus, ut patet ex dictis.

.2.q.4.arti. . & q6.17. rtic. 7.& 8. t 3. diſt.23. . 2.art.3.q. .& artic.5. t virt. q.4. rtic.3.

ib.1.ca.37. medio il- us tom.3.

25. artic.2.

uæſtio. 40

D.1117.

¶ Super quæſtionis ſexageſimæ ſecundæ articulum quartum.

In articu. 4. eiuſdē 62. q. nota, ꝙ habitus uirtutum theologicarum ſimul infundi, poteſt intelligi dupliciter. Vno modo ſic, quòd quandocunque infunditur una, infundatur tunc omnes. Et hoc eſt manifeſte falſum, q̄a quotidie fidelibus pœnitentibus infunditur habitus charitatis, & non fidei, neque ſpei. Alio modo, ut quandocunque infunditur una, infundatur vel infuſa ſit alia: & hoc non ſaluat ueritatem literę, quia non ſaluat ſimultatem infuſionis. Nec eſt uerum, quia ſi baptizetur adultus in peccato fornicationis perſeuerans, ſuſcipit fidei ſpeique habitū, ſuſcipiendo charactere, & eſt uere fidelis: & tamen nec ſuſcepit, nec ſuſpicit charitatem. hoc ergo modo intelligitur quantum eſt ex parte infundentis, & ratione infuſionis, quamuis ex diſpoſitione receptiui uel quia perdidit unam, & non alias, uel eſt indiſpoſitus ad unam, & non alias, oppoſitum contingat. Et hic ſenſus eſt formalis & uerus, formalis quidem, quia infuſionem, ut infuſio eſt, iudicat. Verus autem, quia quantum eſt ex parte infuſionis, ſimul omnes infūduntur, & caſus obſtantes ex parte receptiui per accidens eueniūt. accidit enim quod hic qui baptizatur, ſit indiſpoſitus ad charitatem: & ſimiliter quod hic baptizatus cadat a charitate, quam ſimul cum fide & ſpe ſuſcepit.

¶ In reſponſione ad tertium eiuſdem articuli habes, quod ſpes pręcedit ordine generationis charitatem, ut actus utriuſq; reſpicit Deum, cui ſpes innititur, & quē charitas amat, quamuis ſubſequatur etiā hoc ordine charitatem, ut actus utriuſque reſpicit futuram beatitudinem, quæ obiectiuè eſt Deus ipſe, quam beatitudinem ſpes reſpicit ut bonum ſperatum, & charitas ut amatum. Et quia uirtutes iſtæ ordinant, ſcilicet ſuos actus, ut reſpiciunt Deum, ideo dictum eſt in corpore articuli, quod ſcilicet ordine originis ſpes præcedit charitatem.

D.306.

q.65.ar.4. & 2.2.q.23.ar.8

q.40.ar.7.

¶ Super quæſt. ſexageſimæ tertiæ articulū primum.

In corpore primi articuli quæ. 63. nota, quod illud uerbū literæ. Principia naturaliter cognita ſunt ſeminaria uirtutum: poteſt dupliciter exponi, ſcilicet ſimpliciter, uel accommode. Si enim interpretentur ſecundum diſtributionem accommodam, clarum eſt quod principia conſummata dicuntur ſeminaria cæterarum uirtutum: ſicut cælum dicitur continere omnia corpora. Si autem intelligantur ſimpliciter, ideſt, quod ſint ſeminaria omnium ſimpliciter uirtutum, tunc ſumūtur principia ſecundum naturalem eorū inchoationem in anima: & ſic conſtat ꝙ ſunt ſeminaria omnium uirtutum intellectualium & moralium, quamuis diuerſimode, quia intellectus ſunt inchoationes, ſcientiæ autem & reliquarum ſunt actiua principia mediate uel immediate, ut patet. ſemen nanque & inchoationis, & principii rationem habet.

¶ In

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN